



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Magnum esse discrimen inter patres antiquae legis & nouae: q[uan]tum
ad beneficor[um] a deo utriusq[ue] indultor[um] rationem: & sacramenta
noui testamenti, sacramentis antiqui, efficaciora esse. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

DE SACRAMENTO.

¶ Magnū esse discrimen inter patres anti-
quæ legis & nouæ: quantū ad beneficorū à
deo utriusq; indultorū rationē. & sacramenta
noui testamenti: sacramentis antiqui effica-
ciora esse. Cap. VIII.

Vndecima aduersarij obiectio. Si caro
Christi in pane esset, q̄ in manna uel in
agno esse non poterat: non solum reli-
gionis modus, sed & religio uariata
esset, & ita plurimū foret patribus de-
negatum. Nam pars aliquanta nostræ religionis
non cærimonialis, q̄ a carne Christi pender: non ita
ac nobis, nota patribus fuit. Absit aut, ut spiritua-
les qui sub lege M^{essiam} expectabant: in fide pau-
periores nobis fuerint, q̄bus manifestatus est Tā-
tum obscuriosa illis: manifestiora nobis sunt sacra-
menta. Neq; uideo quid inter illos & nos multum
interfit: quam quod exhibitus est nobis Christus
quem illi magnis expectarunt desiderijs. & quē
nos sequimur: illi præcesserūt. Habuerūt illi fidem
in esu agni, in manna, in sacrificijs: nos habemus in
esu sacri panis, utrosq; aut: idem uegerat Chri-
stus, cessarūt figuræ illorū: q̄a successit ueritas. Et
quā ueritas illuxit: p̄petuo duraturus ritus institu-
tus est, quo beneficij accepti simus memores. Quā
igitur tantū discrimen in illis: Hæc Oecolapadius
¶ Respōsio. Nō est id dandū, propter eucharistia
sanctæ relictū nobis monumentū & uerā corpo-
ris Christi in ea subsistentiā: mutatā esse religio-
nem antiqui & noui testamenti. Vnus enim & idē
in utroq; colitur deus, uiuus & uerus: eademq; est
fides antiquorū patrū & nostra, quemadmodum

testantur omnes sacri doctores. Eadē est igitur ue-
 tustæ legis & nouæ religio, nulloq; pacto uariata:
 sed mutatus est tantum religiōis modus. Nam ex
 dei institutiōe, alio ritu & sacrificijs colebatur de-
 us in ueteri lege: & alio nunc colitur in noua, quē
 & Christus & apostoli, eius decreto instituerunt.
 Et quemadmodum uera Christi caro nobis exhi-
 bita in eucharistia, nūc a nobis honoratur: ita a ui-
 ris spiritualibus antiquæ legis cognoscebatur ea-
 dem nobis exhibenda, & uero cultu honoranda. I-
 taq; denegata est eis reipsius ueritas, quam in um-
 bra cognoscebant: & exhibita tantū figura, in qua
 ueritatem expectarent. Quod quidem ex conditi-
 one qualitateq; status utriusq; legis: nō ex ipsis pa-
 tribus prouenit. Quæ admodū nec ex ipsorū est cul-
 pa aut causa profectum: q̄ non fuerit illis manife-
 stus Christus, sicut & nobis, sed qm̄ cum ipsi ui-
 tam hīc mortalem agerent, nec dum uenerat pleni-
 tudo temporis: in quo decreuerat deus mittere fili-
 um suum in terram. Neq; idcirco pauperiores ipsi
 patres antiqui fuerunt in fide, aut inferiores: q̄ nos
 ipsi sumus (saltem q̄tum ad ipsorū articuloꝝ sub-
 stantiam & genus: tamen si clarius illi nobis & ex-
 plicatius innotuerint, per reꝝ ipsarū exhibitionē)
 cum eadem & tantæ firmitatis fuerit eorū fides, si-
 cut nostra. Sec id unum interest, quoniā quod nos
 in ueritate colimus & iam exhibitum: id ipsi i um-
 bra coluerunt & posteris exhibendum. Si quidem
 adoramus uerū Christi corpus in eucharistia, no-
 bis exhibitum: ipsi uero in agno paschali & in man-
 na coluerunt idem corpus nō illic præsens, sed suo
 tempore exhibendum, cum sublatis figuris ueri-
 tatis euangelica illucesceret orbi. ¶ Quocirca nō li-
 berer admiserim id præsentis obiectiōis dictum.

Eandē esse
 legis antiq̄
 & nouæ re-
 ligionē. sed
 aliū in hac
 & illa Dei
 colendi ritū.

Gal. 4

○

DE SACRAMENTO

Querio-
ra & pfe-
ctiora sunt
nobis quā
antiquis
patribus
sacramēta

utputa illud tātum discriminis inter illos antiquae
legis patres & nos esse: q̄ obscuriora illis, & no-
bis manifestiora sunt sacramenta. Non. n. solū ma-
nifestiora nobis q̄ illis: sed & ueriora & efficacio-
ra sunt sacramenta. Perfectior. n. nobis est bap-
tismus: q̄ fuerat illis circumcisio. & longe dignior eu-
charistia est nobis: q̄ fuerit illis agnus paschalis &
manna. Deniq; & sacerdotium nobis longe subli-
mius est secundum ordinem Melchisedech: q̄ fue-
rit illis secundum ordinem Aaron. Et ita de ceteris
illoꝝ sacramentis est dicēdum, q̄ ad nostra col-
lata, non solum obscuriora deprehendūtur: sed &
imperfectiora & multo inferiora, quemadmodum
sequentis obiectionis dilu- o: amplius idipsum rese-
rabit. Vnde & in sequentibus huiusce cauillatiōis
(quam dissoluimus) uerbis, p̄ us aequo antiq̄s tri-
buitur patribus: & minus quā par sit, nouae legis
cultoribus, cum dicitur: hāc sola inter nos, & eos
esse discrepantia: q̄ illis expectatus, & nobis exhi-
bitus est Christus, & quē nos sequimur, ipsi præ-
cesserunt. Non. n. id solum ultra eos habemus diui-
num bñficiū, q̄ nobis exhibitus est Christus. s; &
& illud insuper, q̄ ipse per crucem suam operatus
est salutem mundi: resurrexitq; a mortuis, & cate-
ra redemptionis humanae peregit mysteria. Preci-
osa insuper nobis donaria reliquit & præclara mu-
nera sacramentorū: in quibus ampla gratiarū recon-
dita sunt charismata. Deniq; & spiritū sanctū mi-
sit in discipulos: cuius directione, tota deinceps re-
geretur ecclesia. Hāc. n. omnia: Christi aduētum
sunt consecuta. ¶ Duodecima obiectio. Patres an-
tiqui quātum ad rationē sacramentorū attinet, no-
bis nō sunt inferiores: quemadmodum neq; quan-
tum ad rationem fidei. Sicut. n. illi crediderunt in

Actu. 2.

4

”
”
”
”

Christum uenturum, nos uero in eum qui iam olim
 uenit: ita & eorum sacramenta designarunt figurarum
 que in uolucro annunciarunt ipsum uenturum, no-
 stra uero, ipsum iam diutius tenuisse. Ergo quem
 admodum manna datum patribus in deserto, so-
 lummodo erat figura eius quod erat futurum: ita
 & panis sacratuſ sacerdotali benedictione, solū est
 commemoratio & repræsentatio beneficij præte-
 riti, scilicet mortis Christi pro nobis in cruce: ut
 obliuione non intercederet tantum bonum. Hæc
 Oecolampadius. ¶ Responsio. Esto quantum ad fi-
 dei rationem, inferiores nobis non fuerint antiqui
 patres (potissimum attendendo ipsa fidei obiecta
 & articulorum substantiam in genere) cum sit ea-
 dem amborum fides: ut iam dictum est, quantum
 tamen ad sacramentorum conditionem attinet: lon-
 ge nobis sunt inferiores illi. quoniam digniora sunt,
 & perfectiora nostra: quam illorum sacramenta.
 Quod uel ex Augustino perspicuum euadit, dicen-
 te in prologo psalmi 73. Veteris & noui testamē-
 ti præcepta eadem: sacramenta non eadem, promif-
 sanon eadem. Videamus, quare præcepta eadem
 quia secundum hæc, uiuere debemus. Sacramēta
 non eadem, quia alia sunt sacramenta dantia salu-
 tem, alia promittentia saluatorem. Sacramenta no-
 ui testamenti dant salutem: sacramenta ueteris te-
 stamenti promiserunt saluatorem. Cum ergo iam
 teneas promissā: quid quæris promittentia saluatorem, iam
 habes? Hoc dico: teneas promissā. non quod iam acceperis
 uitam eternā: sed quia iam uenerit Christus, qui per
 prophetas prænunciabatur. Mutata sunt sacramē-
 ta: facta sunt faciliora, pauciora salubriora, felici-
 ora Hæc ille. Rursum in libro 19. contra Faustum Idem
 cap. decimotertio: idem eximius autor, postquam

Exo. 16

§

August.

Idem

DE SACRAMENTO

perhibuit: prima sacramenta utpote ueteris legis (quoniam Christi erāt prænunciatiua (per aduentum ipsius impleta esse & ablata: protinus subiūgit. Et alia sunt instituta sacramēta (nouæ, s. legis) uirtute maiora, utilitate meliora: actu faciliora, numero pauciora. Hæc ille: de nostris sacramentis.

Nouæ legis sacramēta q̄ antiquæ p̄fectiora esse

Ex 5 capi. primi libri

Quo igitur q̄tum ad ad sacramentorū rōnem attinet, non sunt patres antiqui nobis inferiores: cū & salubriora & meliora & feliciora habeamus (August. teste) sacramenta, q̄ ipsi habuerint. Eorū siquidem sacramenta, figuræ tantū erant: & gratiā non conferabant, aut saltem non tam cumalata ut nota. Nouæ uero legis sacramenta, & ueritatē continent: & gratiam conferunt etiam ampliorem q̄ antiqui ritus mysteria. Cæterū Oecolampa. hoc in loco ut suæ assertioni cōgruentia proponat, & extenuet eucharistiæ sanctæ dignitatem: quemadmodum prius antiquos patres ferme nobis æquauit, q̄tum ad status utriusq; legis conditionem: ita & hic eorū sacramenta nostris propemodum æquiparare laborat. ut persuadeat omnibus, nullū aut admodum modicum inueniri posse discerniculum: inter māna populi Israel & sacram eucharistiam, q̄ tamen tāto a pane illo Israelitico distat interuallo: q̄to cœlum a terra, ueritas a figura, corpus uiuum ab umbra, & lux a tenebris. Vtrunq; autem horū: inique & perperam construere hic molitur.

7 ¶ Non recte etiam de uirtute sacramentorū nouæ legis sentit aduersarius: cum eodē in loco post obiectionem nunc dissolutam subnectit. Non q̄ eam se salutem, & causa salutis in sacramentis possideatur, sed q̄ indicent manifestatum Ch̄m: non iam cū patribus expectandū. Vnde in finitione sacra-

menti: qñ dicitur. sacramentum est sacrae rei signū
 ita ut imaginem gerat & causa existat. causa non
 ad efficientiam: sed ad significantiæ evidentiam re-
 ferri debet. Hæc ille. In quibus uerbis longe mino-
 rem uim quàm ipsa ueritas exposcit, nouæ legis
 sacramentis attribuit cum negat illa p se. i. ex sua
 institutione quam a Christo acceperunt, & supapte
 (ut ita dixerim) natura atq; ex opere operato, cō-
 ferre salutem, & causam salutis in sacramentis re-
 poni. Nempe unanimi sanctorū patrum snia, hmoi sa-
 cramenta per uirtutem a Deo institutore eorū ac-
 ceptam: conferunt gratiā salutarem digne sumen-
 tibus ea, & ut præmissis August. uerbis uar, dant
 salutem. Nonne igitur & salutem præstant: & cau-
 sa salutis in eis possidetur? saltem adminicularia et
 secundaria, q̄ primariā supponit: deum. i. benignis-
 simam sacramentorū indultorem. Neq; solum ea-
 dem sacramenta id hñt muneris, q̄ indicant Chri-
 stum nobis exhibitum: sed præterea salutiferā con-
 ferunt illa sibi asciscantibus gratiam. Hinc in diffi-
 nitione sacramenti quam supra assignat: causa nō
 ad significantiæ evidentiam referri debet, ut ipse
 proponit, sed ad efficientiam salutis & gratiæ sa-
 cramentalis. ¶ Demum q̄ postea proxime edisse-
 rit: simili ratione falsa esse dinoscuntur. ut puta, qñ
 patres dicunt sacramenta nouæ legis præstare sa-
 lutem: respicere eos ad Christum ipsum incarna-
 tum uel passum, multifariam in ueteri testamento
 præsignatum. qm̄ & ipse mysterium & sacramen-
 tum nostræ est: etiam si e medio tollantur oia sym-
 bola externa, quibus utitur ecclesia. Hæc Oecolā-
 padius. Nepe his uerbis ipse insinuat, huius asserti-
 onis sanctorū patrum. sacramenta nouæ legis præ-
 stant salutem, hūc solum esse sensum. Christus pro-

Sacra nouæ leg. gratiā & salutē cōferre.

6

»

»

»

»

»

»

»

○ 3

DE SACRAMENTO

nobis incarnatus & passus, per sacramenta nouæ legis manifestatus: dat salutem. Quod plane inter pretamentum: falsum est & absurdum. Nam illis uerbis ipsi patres nostri explicare uolunt, peculia rem quædam efficaciam conferendæ salutis: sub eo & a deo sacramentis esse collatam. Rursum secundum propriam sacramentorum rationem qua utitur ecclesia cum septem astringit nouæ legis sacramenta: non est admittendum, quod Christus est nostrorum mysterium, & sacramentum: sed est ipsorum sacramentorum dominus, & autor. Et quæuis ipse sine symbolis externis, signisque sensibilibus: absolute præstare posset hominibus salutem, ut sine baptismo aquæ, & sine Eucharistiæ perceptione: secundum leges tamen ad eum prouide positas & nobis declaratas, nunquam sine illis salutem æternam daturus est, quoniam uult nos corporales, per signa etiam corporalia: ad spirituales uitam promoueri. Demum quæ in quarto præcedentis libri cap. sunt dicta: multum etiam conferunt ad huius capituli clariorem elucidationem.

¶ Recte corpus Christi uere in Eucharistia præsens, & ostentari fideli populo, & circumferri & reseruari. ipsumque esse salutare sacrificium, quod deo quotidie pro nobis offertur.

Cap. IX.

I » **D**ECIMA tertia aduersarij obiectio. Est
» & hoc fidelibus auditu graue, si dicitur
» per Christum facta quæ sapientiam
» eius non testentur: sed frustra &
» absque utilitate compareant. Quod, nisi ita
» ineptiret Christus: cuius omnia opera, in bonitate
» & sapientia fiunt? Referant igitur, quid agat in praesentia
» corporalis praesentia; quod absque illa, sacramen-